





D. g. 295

Margarita furem  
 Alfonsi Aragonii regis vasa dicta  
 Tropi sine salis paninis Kysersbergk fo. 22  
 Marsily firmi de sole opusculuz  
 Hermolay barbury oras y poetas  
 facere Adelyme.  
Regem predictoz fo. 100.

Orationes romitales Conradi peutingery de mirandis  
 germanice Antiquitatibz.

Lupoldy de huzibz regni 7 translatione imperij  
 Turc. de 4. heresiarchis ordinis predicatoz apud  
 Gritenst in civitate beznensi combustis

Memorizuz contra Venetos. Julio ppe

Rede und antwort d. gesanten huzen d. venediger  
 An hren Maximilian

By Berytzuz vnser allerhochigst. Julio de Babst  
 von gedachtez Keyserlicher maiestat

Item vnder den ungehorfam d. venediger

Item handlung zwischen Keyserlicher maiestat v  
 Churfursten und stude des reiche zu vorzuzig

form der abzug An den hertzogen und die hertzschafft venedig

Tractatz concordie inter Sumuz pontificis. Gallor regem  
 7 oratoris Burchardus impator

Bulla censuraz 7 detrazaz. Ducis ferrariem

Bulla censuraz in singulos de durate mediolanen

Ein vunderbarlich geschicht von die mechtigsten  
 juden das hochwirdige Sacrament verkaufft.

L. N. 221.



i  
Bulla Censurarū in singu-  
los de cōsilio et interdīcti ge-  
neralis in ducatu mediola-  
nensi ob occupatiōē eccle-

siarum et aliorū beneficiorū Ecclesiasticorū  
et Fructuū eorundem indebitam Se-  
questrationē seu Distributionē  
laycali abusu et potētia fa-  
ctas per. S. D. N. Iu-  
liū. ij. Ponti. Max.  
Ad Perpetuam  
rei memoriā  
factas.

1510.  
Anno octobry.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





**I**lius Episcopus ser-  
uus seruorum Dei ad perpetuam rei me-  
moriam. Inter graues sollicitudines et  
curas quib<sup>9</sup> pro pastoralis officij et Apo-  
stolice seruitutis debito / continuo premimur / vna est /  
vt defensionem et custodiam ecclesiarum / beneficiorum et  
bonorum ac fructuum et reddituum eorundem conti-  
nuo inuigilemus ac ne peruersorum temerarijs ausi-  
bus a laicis quos clericis infestos oppido tradit an-  
tiquitas / fructus et proventus predicti qui inter cetera  
pro seruitio ecclesiarum et pro sustentatione ecclesia-  
stici status et dignitatis et ministrorum eius provide-  
a sanctis Patribus statuti et ordinati sunt occupen-  
tur et dissipentur / omnibus remedijs et iuris auxilio  
oportune prohibere / quod tanto periculosius negligi-  
tur quanto exinde turbatio et confusio ecclesiastici sta-  
tus et ordinis de facili causaretur et auctoritas minue-  
retur cum spiritualia sine temporalibus diu esse non  
possent / Scido etiam rationis exproscit vt iusticiam  
cuilibet presertim sancte Romane Ecclesie Cardina-  
libus qui in partem sollicitudinis nobiscum assump-  
ti sunt et alijs Ecclesiasticis Prelatis et personis mi-  
nistremus et opem ac operam efficaces exhibeamus  
vt Metropolitanum et Cathedralium Ecclesiarum et  
Monasteriorum ac dignitatum et aliorum beneficiorum  
ecclesiasticorum eis auctoritate apostolica vel alias  
in titulum vel comendum commissorum possessionibus  
et illorum fructuum et proventuum perceptione sublatis  
quibuscunq; obstaculis et impedimentis quiete et pa-  
cifice gaudeant / et ne illis priuentur omnibus iuris  
a ij



remedijs ubi etiam peruersorū audacia exiget/vibra-  
to apostolice potestatis mucrone per censuras eccle-  
siasticas puidere. Sane sicut nō sine graui animi no-  
stri displicentia accepimus dilecti filij Carolus de an-  
bosia dominus temporalis de Ciamonte seu de Ca-  
lidomonte ac pro charissimo filio nostro Ludouico  
Francorum rege in ducatu Mediolanen. gubernator  
Magnus Magister necnon ipsius Regis in parla-  
mento seu consilio Mediolanensi Consiliarij nuncia-  
pati / nescitur quo nisi maligno ducti spiritu et non  
considerantes q. Laicis super ipsos Cardinales ac  
pontificali dignitate preditos ac alias personas eccle-  
siasticas eorumq. ecclesias monasteria ac beneficia ec-  
clesiastica illis cōmissa illorūq. redditus et proventus  
huiusmodi nulla est attributa; iurisdicctio siue pote-  
stas: fruceus / redditus et proventus nōnullarū eccle-  
siarum cathedraliū etiam Metropolitā. ecclesiarū  
ac monasteriorū prioratū Prepositurarū aliorūq.  
beneficiorū ecclesiasticorū huiusmodi que ipsi Car-  
dinales ac Prelati et persone ecclesiastice in titulum  
cōmendam vel administrationē aut alias etiā ex con-  
cessionibus et dispensationibus apostolicis in Ducatū  
tu et dominio Mediolanen. obtinent / eorum auctori-  
tate immo verius temeritate propria et de facto in ma-  
nibus laicorum sequestrare et partem illorum in pro-  
prios vsus cōvertere et dissipare presumpserunt et in  
animarū suarū periculum diuine maiestatis offen-  
sam / apostolice sedis auctoritatis contēptum ecclesia-  
rum damnū ipsorūq. cardinalium Prelatorum et per-  
sonarū ecclesiasticarū graue preiudicium et iactan-  
tiam perniciosum quoq. exemplum ac scandalum plus



Bulla confirmatoria in regnum galie ducatus mediolanen

rimorum. Nos igitur ad quos supra alios pertinet  
ecclesiarum iura defendere et tueri: ac similis exces-  
sus etiā per eosdem in eisdem ecclesijs monasterijs et  
beneficijs ecclesiasticis alias impune commissos et per-  
petratos ac dictorū presumptorū et temerariorū au-  
sus corrigere ac Cardinalium Prelatorum et personarū  
ecclesiasticarum iura et libertates defendere vo-  
lentes / dictos presumptores nisi ad cor reuersi resipue-  
rint / tali plectere pena ut in posterū a similibus ab-  
stineant sintq; alijs in exemplū et tandem metus pene-  
sit meta malorum: dictorum Cardinalium et prela-  
torum et aliarum ecclesiasticarum personarum quere-  
lis et lamentationibus permoti nomina cognomina  
titulos Cardinalium qualitates nobilitates et pree-  
minētias presentibus pro expressis habentes equita-  
te et iusticia id nobis suadentibus ex nostra certa scienti-  
a et matura deliberatione prehabita prefatos Caro-  
lum Gubernatorem et magnū Magistrum ac omnes  
et singulos Dominos de parlamēto seu consilio Me-  
diolaneū. nuncupatos cuiuscūq; dignitatis nobilit-  
tatis et preeminētie et cōditionis existant: necnon di-  
ctorum fructuū sequestratores et custodes distributo-  
res siue dispensatores ac eis auxilium consiliū vel fa-  
uorem directe vel indirecte quouis quesito colore pre-  
stantes in virtute sancte obedientie ac sub penis infra-  
scriptis quas cōtrafacientes ipso facto incurrere vo-  
lumus auctoritate apostolica tenore presentiarū mo-  
nemus / quatinus infra duodecim dierum spaciū  
post publicationē p̄sentium in locis infra scriptis fact-  
endū computandorum quorum quatuor pro primo et  
quatuor pro secundo / et reliquos quatuor dies pro  
a iij



tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus / sequestra et aresta predicta tollant reuocent / ac reuocari et tolli faciant et permittant et ablatos fructus vel ipsorum iustam extimationem restituant / ac ipsos Cardinales et Prelatos ac personas ecclesiasticas ad perceptionem integram omnium et singulorum fructuum sequestratorum et arestatorum huiusmodi respectiue restituant et reponant ac ipsos fructus redditus et prouentus eis percipere pacifice permittant / ac de illis eisdem Cardinalibus et prelatibus ac personis seu eorum procuratoribus a tempore dicti sequestri seu aresti et ablationis vel eorum iusta extimatione integre respondeant et responderi faciant. Alioquin lapsis dictis duodecim diebus tam illos quam eis auxilium vel fauorem prestantes ex nunc prout extunc et e contra maioris excommunicationis sententia innodamus : a qua ab alio quam a Romano Pontifice preterquam in mortis articulo constituti absolui non possint. Si vero per alios nouem dies dictos duodecim dies immediate sequentes quorum tres pro primo et alios tres pro secundo et reliquos tres pro ultimo et peremptorio termino assignamus dictam excommunicationis sententiam animo indurato sustinuerint et mandatis nostris effectualiter non paruerint sententiam ipsam aggravamus ac ex nunc prout extunc Mediolanensem. Rapiensem. Parmensem. Cremonensem. et alias ciuitates / terras / castra oppida / et loca Ducatus Mediolanensem. huiusmodi ac sub gubernio dicti Caroli in Lombardia constituta ac que in illis sunt Metropolitanam Cathedralis ac alias ecclesias / monasteria / ac religiosa et pia loca quecumque ubi dicte ecclesie Cathedralis vel alie

*quod in principio*



*Bulla confirmatoria in regno galie duranq mediolanen.*

Dignitates et beneficia ac quouis ordinu Monasteria et Prioratus huiusmodi sequestrata situata et posita fuerint et generaliter omnia loca etiam extra Italiam ad que ipsos excoicatos declaratos declinare et in quibus ipsos scienter stare pmitti contigerit / dicta auctoritate simili motu generali Ecclesiastico subijcimus interdicto / ita q illo durante in illis etia pretertu cuiusuis etiam apostolici indulti psonis ordinibus vel locis concessi prerq in casibus a iure pmittis et etia in illis alia qua ianuis clausis ac excoicatis et interdicitis exclusis nequeant Missae et alia diuina officia celebrari decernentes illud strictissime fore obseruandum donec ibide fuerint et post triduu eoru inde discessum / necnon monitos excoicatos et reaggruatos predictos omnibus et singulis dignitatibus et honoribus etiam doctoratus siue magistratus in quibus constituti existunt / et tam ipsos q Cinitates Castra Oppida et loca predicta omnibus priuilegijs et indultis etiam Studij generalis concessionibus et gratijs dignitatibus honoribus quibus vtuntur et gaudent seu munita sunt / necnon bonis omnibus que in pheidum vel emphiteosim seu alias a Roman. vel alijs ecclesijs Monasterijs beneficijs et locis ecclesiasticis obtinent penitus priuamus : dictaqz bona feudalia et emphiteotica et alia ab ecclesijs obtenta ad dominos suos reuerti debere / ita vt de illis libere disponere possint. et si aliqui ex monitis excommunicatis et reaggruatis predictis Clerici seculares aut regulares quouis modo beneficiati et in sacris ordinibus constituti fuerint / illis prelaturis administrationibus et regiminibus ac omnibus et singulis eccle.



sijs Monasterijs dignitatibus psonatibus admini-  
strationibus et officijs Canonatib⁹ et prebendis ce-  
terisq; beneficijs ecclesiasticis que obtinent ac ordini-  
nibus etiam sacerdotalibus ad quos promoti forent  
sine vlla spe restitutiōis priuatos esse decernimus. Et  
nihilominus Venerabilibus Fratribus nostris Si-  
pontinen. Dirachien. et Sedunen. ac vniuersis et sin-  
gulis alijs Archiepiscopis Episcopis ac Cathedra-  
lium etiam Metropolitanen. et Collegiatarum eccle-  
siarum Prelatis / Capitulis et personis alijs ecclesia-  
sticis etiam quorūvis ordinum etiam Mendicantiū  
religiosis exemptis et non exemptis vbiunq; locorū  
constitutis per apostolica scripta motu simili man-  
damus / quatinus premissa omnia et singula vbi quā-  
do et quotiens expediens fuerit ac pro parte Cardina-  
lium et Prelatorum et personarum ecclesiasticarum  
predictorum fuerint requisiti in ecclesijs et alijs locis  
solenniter publicantes Carolum Magnum Magi-  
strum et Consiliarios Viros de parlamento Medio-  
lanen. nuncupatos ac omnes et singulos predictos  
quos constiterit presentium vigore monitos non pa-  
ruisse excommunicatos priuatos et inhabiles prefataq;  
Mediolanen. et alias ecclesias Monasteria Ciuita-  
tes Dominiū Mediolanen. ac illius et alia ad que eos-  
dem monitos excommunicatos priuatos et inhabiles  
pro tempore declinare et in quibus scienter stare pmit-  
ti cōtigerit vt p̄fertur loca ecclesiastica supposita in-  
terdicto publicent et denuncient ac ab alijs publicari  
et denunciari et h̄mōi interdictum firmiter obseruari  
faciāt et procurent donec sequestriū seu arrestum h̄mōi  
renocēt ⁊ fruct⁹ restituerint ipsiq; Cardinales Prelati



Bulla censuras in regnum rompulo duraty in diolunio

et persone ecclesiastice seu eorum legitimi procuratores in  
pacifica possessione ecclesiarum Monasteriorum Prioratuum  
Prepositurarum et aliorum beneficiorum suorum et ad inte  
gram perceptionem fructuum huiusmodi realiter plena  
re et integre positi fuerint respectiue et inducti ipsiqz  
sic excommunicati priuati et interdicti meruerint abso  
lutionis ac huiusmodi interdicti relaxationis benefi  
cium obtinere. Contradictores inuocato etiam ad hoc  
si opus fuerit auxilio brachij secularis per censuras ec  
clesiasticas copescendo. Et insuper ut presentes litte  
re ad noticiam monitorum predictorum facilius peruenis  
re valeant / cum ad illos de premissis certiorandos per  
sonaliterqz monendos tutus non pateret accessus ob il  
lorum potentiam / volumus et mandamus easdem  
litteras vel ipsarum transumpta autentica cum manu  
publici Notarii sive prefati Archiepi Sipontinensis  
subscripto quibus fidem adhiberi volumus in Bononensium  
Mutinensium aut Imolenensium ecclesiarum circumuicinarum loco  
rum de quibus verisimilis coniectura sit quod ad ipsos  
monitos possit defacili peruenire / ualuis affigi / quas  
post affixionem huiusmodi eosdem monitos perinde  
arctari decernimus ac si eis presentialiter et personali  
ter intimate essent et intimarentur. Non obstantibus  
Constitutionibus et ordinationibus necnon quibuscumqz  
priuilegijs et indultis apostolicis eisdem excommunicatis  
eis priuatis et interdictis personis ecclesijs Monaste  
rijs Civitatibus Terris et locis concessis per quas ef  
fectus presentium perturbari aut alias quomodolibet  
differri possent et quibuslibet priuilegijs / indulgentijs et  
litteris aplicis generalibus vel specialibus que etiam si de  
illis eorumqz totis tenoribus specialiter specifica et expressa

brachij



mentio presentib⁹ habēda foret eisdē excoꝛdicatis priua  
tis ⁊ interdictis quo ad p̄missa nolum⁹ aliquatin⁹ sus  
fragari ceterisq; cōtrarijs quibuscūq;. Sen si excoꝛmu  
nicatis aggrauatis et interdictis personis ecclesijs /  
Monasterijs Ciuitatibus et locis prefatis vel quis  
busuis alijs cōmuniter vel diuisim ab Apostolica sic  
sede indultum quod interdicti suspendi vel excoꝛmuni  
cari et priuari nō possint per litteras apostolicas non  
facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi  
ac eorū nominibus cognominibus dignitatibus qua  
litatibus et ordinibus mentionem. Nulli ergo omni  
no hominū liceat hanc paginam nostre monitionis /  
assignationis / inno dationis / aggrauationis / subie  
ctionis / decreti / priuationis / mandati / et voluntatis  
infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis au  
tem hoc attentare presumpserit / indignationē omni  
potentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorū  
eius se nouerit incursum.

Datum Bononie Anno Incarnationis Domini  
ce Millesimo quingētesimo decimo. Septimo Idus  
Octob. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Sigismundus.











78 L 1577

Sb.

ULB Halle 3  
004 812 441










2  
Bull  
los a  
nera  
mensi  
fiar  
et

gu  
ge  
ola  
le



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Grey	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Grey	Black

